



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Der Eggestenstein im Fürstenthum Lippe

Clostermeier, Christian Gottl.

Lemgo [u.a.], 1848

I. Urkunde vom J. 1093.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10018797-1

U r k u n d e n.

I. Confirmationsurkunde des Bischofs Heinrich von Paderborn, vom J. 1093 *).

In nomine sancte et individue trinitatis *Heinricus* dei gratia *patherbrunnensis* ecclesie episcopus notum esse volumus universitati fidelium, quod tribus fratribus secundum carnem nobilibus dividendum hereditatem uni pro venit in parte sua territorium *Colstide*, alteri superius *Holthúson*, tertio nomine *Imiconi* inferius *Holthúson*, quorum unus dedit partem suam scilicet *Colstide* sancto Liborio ad principalem ecclesiam in *patherbrun*. alter suam partem videlicet superius *Holthúson* tradidit sancto Lüdgero in *Werthen*, quam traditionem ut ille tertius nomine *Imico* consentiendo laudaret, ei de sua parte lapidem *Agisterstein* in vicino nemore et totum a cacumine ipsius lapidis usque in campos inferioris *Holthúson* et usque ad campos vicini loci *Hornon* in proprietatem dederunt, sicque idem *Imico* usque ad finem vite sue cum territorio *Holthúson* eundem lapidem usque ad predictos fines singulariter possedit. predictus vero *Imico* moriens filium suum nomine *Erphonem* heredem reliquit, qui et predictam patris hereditatem absque contradictione tenuit. ipse autem immatura morte preventus matri sue *Ida* sua omnia hereditavit, a qua videlicet *Ida* cum consensu filie sue nomine *Witsuit* et generi sui nomine *Everhardi* de *Veltheim* et aliorum heredum domnus *Gumbertus* venerabilis nostre civitatis abbas datis XIV libris argenti cum aliis xeniis monasterio, cui prefuit in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli constructo idem territorium cum lapide jam dicto et cum vicino nemore pleniter ut predictus *Imico* et sui heredes tenuere, acquisivit et VI solidos gravioris mone-

*) *Schaten*: Annal. Paderborn. I, 633. — *Falcke*: Tradit. Corbej. P. VI. p. 528. — *Masmann*: Der Egsterstein in Westfalen, p. 47 sq. — Vgl. oben *Elostermeier*: Der Eggerstein. S. 13. —

te, qui inde omni anno solvuntur fratribus suis monachis in refectorio ad caritatem servire constituit in anniversario *Ottonis comitis* et item in anniversario ejusdem laici nomine *Bosiconis* fratris ipsorum, quorum uterque quinque marcas ad coëmptionem ipsius territorii impendit pro hac ipsa causa scilicet pro commemorando anniversario eorum.

Hujus rei testes sunt Gerhard Wolfhard Walraf Embri-co Meinger Godescale Sibertus Trithemar (Falcke: *Thitmar*) et alii multi.

Hanc autem cartam istam traditionem scriptam tenentem ego *Heinricus* dei gratia patherbrunnensis sedis episcopus rogatu prefati abbatis et fratrum suorum sigillo nostro insigniri feci anathematis sententia feriens omnem personam, que hec bona predicto monasterio auferre tentaverit absque justa et utili commutatione.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice MLXXXIII. indictione II. imperante romanis Heinrico III.

II. Pachtverleihung des Ertersteins mit den, zu demselben gehörigen, Grundstücken von Seiten des Abtes Bernhard von Werden an einen gewissen Heinricus.

(Die Urkunde ist wahrscheinlich von 1140 *).

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego *Bernhardus* dei gratia *Werthinensis* abbas notum esse volo, inprimis ecclesie beati *Liudgeri*, deinde cunctis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod vir probus nomine *Heinricus*, pertinens ad ecclesiam *Patherbrunnensem* nos adiit, inprimis per familiares quosdam nostros amicos suos, deinde per se ipsum rogans, ut quedam bona nostra in *Patherbrunnensi* parrochia posita et ad tale servitium committeremus, quod bis scriptum in uno folio nobis et in altero sibi servandum daremus, cujus petitionem, utpote veracis et dilecti

*) Maßmann: Der Egsterstein in Westfalen, p. 48. — Vgl. Klostermeier: Der Eggerstein. S. 15. — Anhang. S. 2. —